

P V I S

1 6 1 1



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Ecc 50.

BARPTOLE.  
MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM  
LIBELLUS X X.

In Symbolum

D. B. Bilovij à Bilovu, C. P. amici sūt  
honorandi.

1573

Spes mea CHRISTUS erit. Durum Pa-  
tientia vincet.

Quisperat, patitur: sine spe patientia nulla:  
Spes jubet intrepido pectore dura pati.  
Qui patitur, vincit: victor memorabile nomen  
Quærit, & eternum promeret inde decus.

Casp. Heuchelin V. J. D. &c.



MAGDEBURGI,  
Typis Andree Dunckeri, ANNO

M. D C I L

A. V.


CLARISSIMO ET  
DOCTISSIMO VIRO, D N: IOANNI  
BREITHORIO Lubenensi Silesi, Regalis Curiæ  
Glogov. à libellis, amico & fautori meo colen-  
do, Salutem & amorem nuncio.



Vnc tamdèm, CL. vir, paucis Epi-  
grammatibus, quibus in itinere I-  
ralico ante annum amicis interdū  
gratificatus fui, Me Tibi obfero.  
Plura equidem & meliora animi  
tui candor, & humanitatis argu-  
menta præclara mererentur. Quá-  
to enim favore & honore littera-  
tos, & Poéticos in primis homines amplexeris, multis  
notum est. Quare non in merito ad te mea sese con-  
fert Musa, qui aditum ipsi neq; voltu neq; animo be-  
nivolo unquam interclusisti: Quam ut gratam Tibi  
esse patiaris, lectæq; inter ociosas & vacuas planè car-  
tas locum sufficias oro. Munusculi autem exilitatem  
promtissima voluntas auctiorem reddet & excusabit.  
Vale & me favore tuo exosculari perge. Stendaliæ  
Marchicorum, Mense Ianuar. 1602.

Barptolemaeus Bilovius à Bilovu,  
Sacri Palati Comes.

AD IOANNEM BREITHORIUM LUBE-  
nensem Sil. Poëtam excultum.



Atibus, ô vates, summis dilecte, virisq,  
Sana quib. cura est Religio, & pietas:  
Ausonios peterem dextro cum Numine  
fines,

Et memet reducem Teutona haberez  
humus,

Offero missa tibi, numero quæ dispare lusi,  
Ut stem promissis hac ratione meis.

Et meliora istis gravioreq; forsitan habebis,  
Si sperata potens ocia fova dabit.

Interea vita tibi proroget arbiter evi  
Tempora: amicitia jura vigere sinat.

PERILLVSTRI ET VERE MAGNIFICO  
Dom. DN. FERRANDO DE AMATIS,  
Imperiali Commissario, Com. Pal. Eq. Aur.

Civ. Rom. &c. promotori meo  
honorando.

CAESARIâ cum lege Tibi commissa potestas  
Sit, FERRANDE, meam quâ tueâre lyram:  
Ipse Palatinos Comites adipiscar ut inter  
Nomen, & Auratus fac rogo dicar Eques.  
Da quoq; Romanâ quô Civis in urbe saluter:  
Mus tuæ laudi serviet, atq; DEL. Patavij 8. Dec.

1601.

A 2

IL:

ILLVSTRISS. PRINCIPI, AC DOMINO,  
DN. PHILIPPO LVDOVICO, COMITI  
PALATINO RHENI, Duci Bavariæ, Co-  
miti Veldentij & Sponhemij,  
Mæcenati suo.

**S**ospes ab Ausoniis redeo, DVX OPTIME, terris,  
Ad quod larga manus me tua juvit iter.  
Et nunc tempus adest, CHRISTI natalia plausus  
Quo pia sollempni turba redemta canit:  
Ergo Tibi nostra, quarum Tu destina, Musæ  
Exoptant anni fata secunda novi.  
Priscus abiit; novus annus adest: pax auria terris  
Surgat, & aduersum sit procul omne, tuis.  
Bella, fames, pestisq; tuâ regione recedant:  
Nec Satanæ lædant hanc furor, ira, dolus.  
Sub duce Te victrix placidos Ecclesia nidos,  
Et teneat tutos heic & ubiq; lareis.  
**VITA, SALVS, PAX, FAMA, FIDES, CONCOR-**  
**DIA, MVSÆ,**  
JOVA det in regno sint vigeant q; tuo.  
Deniq; cum præter meritum beneficeris olim,  
Inclite Dux, Phœbi firma columna, Mihi:  
Me totum jam trado Tibi, sub pace clientem  
Da mihi; sub foliis da latuisse tuis.  
Dum mihi vita manet, si quid mea carmina possunt,  
Te Mæcenatem nostra Thaleia canet.

AD

O.  
TI  
D.  
ris,  
rris  
OR.  
int,  
AD

## AD PAVLLVM MELISSVM FR. COM

Pal. & Eq. Aur. Civ. Rom.

**H**AGIVS ut retulit, Latij cum regna petivi,  
Carmina misisti bina, MELISSE mihi.  
Gratus ago grates: nunc Slesica regna revisam,  
BREITHOR ibi Musas tradet, ut ante, tuas.

## AD CVNRADVM RITTERSHVSIVM I. C. ET

Antecessorem in Acad. Norib.

**Q**UAM RITTERSHVSI, vchementer in Alpibus  
Täm subiti redditus caussa puella fuit. alsi!  
Arx nisi fiduci Salvator firma fuisset:  
Vita mea in mediis licta fuisset aquis.

## AD SCIPIONEM GENTILEM I. C. ET PROF.

Noricum.

**S**cipio, de Clariâ deducens nomina gente,  
Te juvat in laudes virginis ire meæ!  
Quid Tibi pro tanto mea Musa rependet honore?  
Hæc erit in laudes luxuriosa tuas.

## AD NICOLAVM TAVRELLVM MED. D. ET

Prof. in Acad. Noricâ.

**M**frarî nostram, quid, Vir celeberrime, sortem,  
Dum Miles, Comes, & Civis in Urbe vocor?  
Nempe dat in somnis se fidus Iöva timenti;  
Dives & est subito qui modò pauper erat.

A 3

AD

AD IANUM CHUNRADUM RHUMELI-  
um, Nehrlingenensem, Ph. & Med. D.  
Physicum Novifori, Poëtam  
excellentiss.

**C**ras quando fano lux ultima falserit, ecce  
*LANGGVTVS* Pindi in culmine Nus-  
btus erit.

*AEquus adesse rogo rigido in certamine censor,  
Et præsens actum condecorare velis.*

*Præterea vati, Doctor Praeclare, novello,  
Carmineq; optabis prospera queq; Mihi.*

*Nomine qui bonus, & numeris bonus, auctor Apol-  
Det cithara, ut longum sit maneatq; bonus. (lo*

**CASPARO HEVCHELIO PH. ET  
LL. D. Consil. Palat. Neuburgi.**

**S**alve delicium Phæbi, Charitum q; figura,  
HEVCHELI, nostræ lumen Amicitia.

*Vive, mei q; memor sis omni tempore: Musas,  
Quas promisisti, jam mihi mitte tuas.*

*Cras, ubi Sol nitido mundum lustraverit ortu,  
Dante Deo, cæptas rursus in ibo vias.*

MATTHIÆ PLATONI SOLQVELLENSI, ECCLE-  
siarum Electoralis Palatinatus Superioris in Bavariâ  
Inspectori Generali ac Visitatori, Senatusq; Ec-  
clesiastici Adfessori Ambergæ,

*Magne*

LL.  
Lus.  
ol.  
lo  
ET  
E-  
rià  
ne

M Agne PLATO, divine senex, Divumq; vo-  
luptas,

Cujus inexstinctam lampadafama gerit:  
Cui commendasti nos, magno excepit honore  
BRVSCHIVS, Inspector Enneapyrgatus,  
Qui quoq; nos HORNI curru deduxit ad eaeis,  
A quo munificâ mente tenemur adhuc.  
Sic vos concordes in Christi Numine fratres  
Vivite; nec lèdat Daemonis ira gregem.  
Tu dilecte PLATO Jovæ per seclabatè  
Vive, reformatæ religionis bonos.

AD IOANNEM BREITHORIVM V. CL.

Q Vem mihi non oculi, sed notum Musica fama  
Reddidit, hunc jam oculis cernere posse licet.  
Hunc ego, JANE, colo, quem Phœbus honoribus am-  
Hinc nostræ semen crescat Amicitiae (bit:

AD HENRICVM CLINGERIVM MY-  
siæmontanum, IC. & P.

C LINGERI, Mysie decus haut ignobile terræ,  
Carminis eternum qui paris arte decus:  
Quod me tam nitidis exornas versibus, ingens  
Hoc equidem fetum laude meretur epos.  
Sed tibi qui mittit numeros, dat vina Lyæo:  
Hinc venæ exilis conscientia Musa silet.

MICHAELI FENDIO MONHEMIO, P.L.

Cæf. Rect. Sch. Neuburg. FEN-

FENDI, lux vatam, quo non Epigrammatis usus  
Feliciorem continet Germania:  
Vive Palatino felix cum Principè longum:  
Vivat corona vatam honore candida.  
Quos commendabis Mibi Laurūs germine dignos:  
Petentibus mittam his coronam floridam.

AD MICHAELEM LEONH. ROESCHIN-  
gederum Laving. P.L. & Secret. Palat. Neub.

Sit laus digna Deo! veterem nunc claudimus ap-  
Sit Tibi, sit Nobis faustus, amice, novus. (nū:  
Vis? cras Sponsus eris novus en Heliconis in umbrā,  
Jungaturq; Tibi Phæbo adamata Daphne.  
Hoc anno, mihi cœu ROESCHINGEDERE  
precaris,

Det Deus, huic lateri sit RHODOMELLA comes.

ARNOLDO CLAPMARIO Bremenſi,  
P. L. & Histor. Prof. P. in Ac. Nor.

Quid mihi, CLAPMARI, dextramq; fidemq; dedi.  
Accipe nunc Fidei signa manusq; meæ. (ſti,  
Fædus amicitiae sumat felicius augmen,  
Quonos Altorffii Pieridum: unit amor.

ADM. MICHAELEM PICCARTVM FR. PROF.  
Log. Altdorpij-

In Germanos merito, PICCARTE, Poëtas,  
Palma datur Francis, Marchiacisq; viris.

Stesia

Slesia sed reliquis palmam Germanidos oris  
Præripuisse parat, præripuisse potest.

Ancipiit triplex pro palma Natio certat:  
Cui tribuas sceptrum nescit Apollo suum.

AD JOANNEM BREITHORIVM.

**Q**uæ tibi legisti, BREITHORI, symbola, quivis  
Ante oculos debet proposuisse sibi.

Hæc cœtubres numeris exornavere Poëta,  
Quorum Teutonicæ gloria in orbe viget.

Diversi certant diversa carminis arte,  
Lectio ut illarum grata futura siet.

Istius oblitus non sum, quod sapè rogasti,  
Lusit in externis dum mea Musa locis.

Exiguam fer quæso moram: me namq; monente,  
Augebis numerum vatibus innumeris.

ADR HODOMELLAM.

**V**ive valeq; : brevi tecum RHODOMELLA re-  
Ex Latio, nixus Numine, latus ero. (versus

AD G. MARTINIVM A BALDHOFEN

Sil. P. L. Cæs.

**T**ristor, & exsulto, dum Te Mibi cernere rursus  
Mutuag; alternis jungere verba sonis  
Contigit; exsulto, peregrino ex orbe reversus  
Cum video voltus sidera polcratui.

Tristor, quod subito cogar Te linquere, Meq;  
Conloquo avellant invida fata tuo.

IN

IN ALBUM BERNARDI PRAETORII  
Chatti P.L. & Reip. Norib. Syndici.

**E**st equidem BERNARDE ferax hoc nobile se-  
clum

Vatum, at per pauci nominata mera merent.  
Præcipuos inter, quos Chattidos ora Poëtas.

Protulit, egregio nomine magnus eris.  
Candor & Aönidum quo nos conjunxit in urbe  
Noridos, hauit unquam diminuatur amor.

In Pericula Poëtica  
**PAVLI LITOMERICII A GIZBIZE**  
Prag. Poëtæ Nob. Cæs.

**E**RGO Bohemorum non ultima gloria vatum,  
PAVLLÆ, Poëtifici lux generosa chori,  
Audes tam grandi tua credere vela periclo,  
Nec te turbato substrahis Oceano?

Sint licet obscuri vates Bojemidos oræ:  
Tu tamen è tenebris tollis ad alta caput.  
Scilicet hos inter tanto fulgore coruscas,  
Clarus ut inceli Phosphorus arce nitet.

**PRAGA** velut reliquas superat vi luminis urbes:  
Sic patriæ vates vi numerū superas.

**GISBICI** flore melicis mellite periclis,  
Nobilis ô famæ vividioris apex.

Fruge coronatur virtus: virtutis amica  
Gloria, virtutis præmia, laudis honos.

Gloria

ORII  
le se-  
rent.  
ZE  
es:  
oria

Gloria, que multos virtutis ad atria dicit,  
Caussa fuit, Pindi Te superasse jugum.

Hæc ad maiores addit tibi calcar honores :  
Nec sinet interitum nomina clara pati.

IN ALBUM THOMAE SEGETISCOLI,  
Iuvenis & Poëtæ elegantiss.

Candida mens, virtus, Charites, mirabilis ardor  
Castalidum, ingenij fertilitasq; tui  
Me junxere Tibi, Iuvenis clarissime ; tecum,  
Dispeream, si non vivere dulce mihi est !

Venetis 7. Eid. Dec. 1601.

AD IOANNEM LADISLAVM PÆDAGOGII  
illustris Ambergæ Prof.

Corpore qui nūquām, sed mentis lumine dudum  
Visus es, excellens arte LADISLA, mihi :  
Quem misi, precor ut jungas tua nomina libro ;  
Hoc mihi perpetui pignus amoris erit.

M. IACOB O ROSEFELD O FR.  
P. Laur.

QVI ROSEFELDE tuis lætatur BILO Camenis,  
Ille tuo gaudet pasquier intuitu.  
Si vatem studiis vacuum gravioribus hora  
Viderit, en aulam lætus adibo tuam.

AD M. IOANNEM FORSTER VM AVROBACHI  
um Var. P. L. & S. Th. C.

Ardeß

Ardet ad Italiae mihi mens descendere finis:  
Tu thalamum gaudes scandere fane novum.  
Sit thalamus felix, latè quem fruge coronet,  
Qui thalami & liciti præses amoris erat.  
Floreat in socio pax & concordia lecto,  
Luceat in geminis mentibus una fides.  
Teutonia rursus si me dabit fata tellus,  
Dulcis erit thalami pars RHODOMELLA mei.  
Ne mihi pro thalamo tumulum Libitina reponat,  
Maximus incepsum fova gubernet iter.

IN HOSPIAM IAČOBI FABRICII ROSTOCHINI  
P. C. & Med. Cand.

Hospia quando mei miscetur amoris ocellis,  
Mulsea quam lerido Musa canore beat:  
In densam migrat noctem Lux fulgida: Nympha  
Heu adeò obscurat lumina clara mea!  
Miratur formam & vocem Dea quælibet: omnis  
Omnibus hanc Veneres eripuisse reor.  
Hospia FABRICII mellitis clara Camenæ  
Vivat, ut hic fructu latus amoris ovet.

IN ALBUM DAVIDIS HESSI ARTERENSIS TVR.  
P. L. & Philonomi.

Lux Charitum, Claro & prælustris stella corona,  
Gemma sodalitij nobilis HESSE mei:  
Dextra fidesq; tua est data Mi: cum pectore dextra  
Accipe nunc rursus symbola parva mea.

Finis

Finis erit nostri, peperit quem Phœbus, amoris,  
Cessabit Clarias cum Sala volvere aquas.

M. THOMAESAGITTARIO STEN-  
dal Poëta L.

V Na mibi junxit quem Stendalis uda Poëtam  
Patria, Te jam nunc mens mea visere havet.  
Si vacuum studiis te viderit horula; possim.  
Vescier ad loquio quâ ratione, mone.

AD IOHANNEM BREITHORIVM VI-  
rum & Poetam opt.

I ANE, Poëtarum Rex nos liquisse MELISSVS  
Dicitur, & superas incoluisse domos.  
Si rumor verus: vatun fracta est lyra! nostra  
Exstinctum cecidit lumen amicitia!  
Laurus & arescit, decus immortale Poëta!  
Pieridum fulcro Pimplacadente cadet!

AD HENRICVM SALMVTH FEVDORVM IN SV-  
periori Palatinatu Electorio præpositum Ambergæ.

Q Vem Tibi Bilovig mittit, SALMVTHE libellū,  
Hunc faciunt Fidio pectora fida sacrum.  
Inspice, si te non jam plura negotia tardant,  
Sig tuā videor dignus Amicitia:  
Adde precor reliquis dextram cum pectore amicis:  
Da videam Musas, colte Poëta, tuas.

M. IOANNI HAGIO CIVI & SENATO-  
ri Novoforenſi. HAGI

**H**AGI, tristitiem peperit Tibi priscus ut annus,  
Lætitiam rursus sic det amore novus.

Numinis arbitrio conjux decessit amica,  
Succedat præstans femina dote pari.

M. CHRISTOPHORO REICHO FR. P. L. ET  
Sch. Neag. Rect.

**R**HVMELIVS si non hodiernâ luce vocasset  
Ad cenam, simul & prandia Bilovium:  
Franderem tecum: Sed quod differtur, amice,  
Non solet auferri. Cras tuus hospes ero.

IN ALBUM M. GEORGII MAVRICHII VVITEB.  
Prof. Norici.

**M**Aurici, docti suboles generosa parentis,  
Hortis florebit qui insitus usq; meis:  
Accipe amicitiae quæ poscis symbola. Nostra  
Semper amicitia est janua aperta bonis.

GEORGIO GAVGLERO VELBURG. SECRET.  
Pal. N.P. & S. Poëf. Cand.

**I**Nter multiplices, Tibi quos parit aula labores,  
Tot conspersa tamen carmina melle facis.  
Nactus heri quos est RESCHINGEDERVS ho-  
His etiam, perges si modò, dignus eris. (nores,

IN ALBUM M. ELIAE CVCHLERI GORL. SCH.  
patr. Collegæ, & S. Poëf. C.

Dum

DVM licuit vidisse tui candoris honorem,  
Qui decorat Charites, Pieridesque decet:  
Ecce manum quam poscis, habe, testamen amoris,  
Cumque manu mentis cordis & effigiem.  
Hec tibi quando dedi, fideique noëma posivi,  
Me, CVCHLERE, tibi cuncta dedisse reor.  
ANTE OMNIA JESVS, SYMBOLVM ANAGRAM-  
matisticum JOANNIS TIMÆI Sil. Sch. Sittav.

ConRect.

SI quid ago & meditor, quovis ANTE OMNIA  
Actus se menti porrigit usque meæ. JESVS  
Cuncta ruant, Bellona fremat, ruat Orbis & Orcus;  
Cesset & humani roboris auxilium.  
Sufficit auxilium felix ante omnia JESUS:  
Nobilius scutum ante omnia JESVS erit.  
IN SYMBOLVM BYLOVIANVM MELE-  
TEMA AC VOTVM Cunradi Ritters-  
husij IC.

DVM sors (& quem non?) homines adversa fa-  
tigat,  
Divexus variis pectora mæsta modis:  
Subsidio parat hic sibi, quis nitatur, amicos:  
Hic opibus fidit, fidit hic ingenio:  
Eluctaturum hic se sperat callidus arte:  
Alter vi solida rumpore claustra parat.  
Naufragio ast omnes tandem merguntur, amarum  
Potantque exsuperans ora misella salum.

Nempe

Nempe Dei quisquis fore se sine numine tatum  
Autumat, hunc sua spes irrita ludificat.  
Nec frustra diris superum Rex devovet omnes,  
Quis caro præsidium & vana salus hominum est.  
Quantò autem hic melius, cui spes est unica Christi!  
Cui vita in pelago hæc ancora fixa manet.  
Hic poterit paciente animo superare procellas,  
Et portum integra victor injre rate.  
Bylovij pietas rectè hæc sibi symbola legit.  
Tu tibi fidenti, Christe, fave, juveni.  
Dane fallat eum spes quæ in te nixa recumbit;  
Sed patiens duri te duce victor ovet.

Facieb. Altorfij XXIV. Octob. CIC. IDC.

In idem Symb.


Nostin⁹ homo & dura est omni res omnis in orbe,  
In pejus mutat quæq; vel hora vices.  
Excedunt numerum, lapsus ratione luelæ,  
Nec, quò se insinuet, mens habet herclè celer.  
Quanquam, Sed Christus mihi spem DEV S excitat,  
Difficili facilem p̄orgit agone manum. (inq;  
Cumq; fatigo illum prece, stare cupisit apud me,  
Et dabit ex duro gaudia mille brevi.  
Nec mora longa super. Patientius omne fer hac spes,  
Sic, homo, quis solidis vincere leticiis.

Iohan. Breithor. Curiæ Regiæ Glo-  
gov, à libellis.

Ia 2400

ULB Halle  
003 919 226


3



5b.

WA

me.



### Farbkarte #13



B.I.G.

# BARP TOLE. MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM  
LIBELLuS X X.

In Symbolum

D. B. Bilovij à Bilovu, C. P. amici suè  
honorandi.

U1573

Spes mea CHRISTUS erit. Durum Pa-  
tientia vincet.

Quisperat, patitur: sine spe patientia nulla:  
Spes jubet intrepido pectore dura pati.  
Qui patitur, vincit: victor memorabile nomen  
Quarit, & eternum promeret inde decus.

Casp. Heuchelin V. J. D. &c.



MAGDEBURGI,  
Typis Andreæ Dunckeri, ANN O

M. D C I L.

A.V.